



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Ianatrix claustru[m] non eligatur, nisi testimoniu[m] habeat bonu[m]. lxxix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

lenniter pariter celebrent, & omnes, exceptis quas infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad capitulum, & ad collationes veniant, & regulam à sanctis patribus illis constitutam, diligenter obseruent.

*Nullus laicus claustra sanctimonialium ingrediatur, nisi ad opera exercenda. Cap. LXXVIII.*

*Ex eodē, cap. 16.* **N**ullus vassus abbatissæ, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus claustra ancillarū Dei ingrediatur, nisi fortè quando necessitas operandi incumbit.

*Abbatissa claustrum non eligatur, nisi testimonium habeat bonum. Cap. LXXIX.*

*Ex eodē, cap. 15.* **P**ortaria non eligatur, nisi quæ ætate matura sit, & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit.

*Vt abbatissa, nisi per licentiam sui episcopi à monasterio non egrediatur. Cap. LXXX.*

*Ex cōcil. Gāgren. cap. 9.* **A**bbatissa nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam episcopi sui. Et si quando foras peregrinet de sanctimonialibus quas secum ducit, curam maximam habeat, vt nulla eis detur occasio peccandi.

*Vt vnus abbas duobus monasterijs præesse nõ debeat. Caput LXXXI.*

*Ex cōcil. Arausi- co, ca. 54.* **V**NUM abbatem duobus monasterijs interdici præfidere.

*Vt monachi compatres non habeant. Cap. LXXXII.*

*Ex cōcil. Augustu- dunē. ca. 5.* **V**T monachi vel monachæ compatres habere non præsumant.

*Quòd fœmina in conuentu docere non debeant. Caput LXXXIII.*

*Ex cōcil. Cartha- gi.* **M**VLIER quauis docta in conuentu docere non audeat.

*Ex cōcil. Remensi, præfente Ludouico impera. cap. 5.* **V**t fœmina pœnitentiam dare non debeat, nec sedere inter sacerdotes in conuiuio. *Cap. LXXXIII.*

**F**œmina non det pœnitentiam, nec corporale cū oblatione, nec calicē super altare ponat, nec inter ordinatorum stet in Ecclesia, nec sedeat inter sacerdotes in conuiuio.